

## Distinctio tertia

monachus et lachrymarum habens donum. **U**t reuerti tunc erat Ezechielis vox ut diceret ad eos. quod in quocumque die fuerit peccator ad penitentiam conuersus. et qui sequuntur. et quia in quo te inuenero iudicabo dicit dominus. **U**t reuerti tale ad satisfactionem potuit respondere. cuius gratia soli cognoscere gloria. Quidam viri sine mendacio narrauerunt mihi. quia et leopardum pascebat in deserto ad se uenientem et hie tantus ita sub rationis exactioe positus discessit a corpore manifestus certitudinaliter omnino non faciens quod fuerit iudicium aut que sententia ipsius. aut anteposite et exacte rationis finis.

### CCXLIX

**M**onachus quidam festinans et sollicitus a blasphemie demone molestatus per annos viginti carnes suas vigiliis zicunij cruciavit. **E**t quoniam nullam sentiebat inde utilitatem abiens et passione in carta scribens cuidam viro sancto in faciem prostratus. nec ad eum sursum respicere valens obtulit. **S**enex autem cum ea legisset submisit. et sursum releuas fratrem dixit illi. **F**ili impone manum tuam super ceruicem meam. quod et faciente fratre dicit magnus. **S**uper collum meum o frater sit hoc peccatum. et quecumque olim fecit et faciet. solum id ulterius non habebas in mensuram. **E**t affirmabat frater quia non prius de cella senis exierat quam vicium exterminatum factus est non apparatus huius rei factus in experientia hoc mihi narrauit. gratiarum deo referens actiones.

### CCCL

**Q**uidam certatorum et festiuitatibus ad beatam laudem in corde immundi demones subseminauerunt. **I**psa vero machina est ex inspiratione diuina pia circumuentione malignitate spirituum vincere. **S**urgens quippe subordinauit in muro cellule sue predicatio nes sanctissimarum virtutum. dico homo charitatis perfecte. humilitatis angelice. orationis mundicie. illibate et incorruptibilis castitatis. et harum huiusmodi alium. **C**um igitur cogitationes illam laudare incipiebant dicebat eis. eamus ad reprehensionem. **V**eniebat ergo et diffinitiones seu predicationes legebat. et contra se ipsum clamabat. **Q**uando ista possederis tunc agnosce quia longe es adhuc a deo. quia cum possederis. seruus inutilis es. fecisti quod facere debuisti. **S**i homo non. longinquus existis a mandatis dei.

**I**ncipit distinctio tertia  
Et ecclesiastica historia Bede presbiteri  
de gente angolorum.

### Exemplum. I.

## Sancti Oswaldi an

**I**stius doctrina rex Oswaldus cum ea cui perat gente angolorum instituit non solum incognita progenitoribus suis regna celorum sperare didicit. sed et regna terrarum plus quam ulli maiorum ab eodem deo que fecit celum et terram persecutus est. **D**enique omnes nationes et prouincias britannie que in quatuor linguas id est britonum. scotorum. pictorum. et anglorum diuise sunt. in ditionem accepit. que regni culmine sublimatus nihilominus quod mirum dicitur est pauperibus et pegrinis seipsum humilis et benignus et largus fuit. **D**enique fertur quod tempore quadam cum die sancto pasce cum prefato episcopo scilicet aydan presbitero ad praedium positus esset in mensa coram eo discipulus arguens regalibus epulis refertur. et iam itaque essent manus ad panem benedicendum missure. intrasse subito ministrum ipsum cui suscipienda domus inopem erat cura delegata. et indicasse regi quod multitudo pauperum undecumque adueniens maxima per plateas sederet postulas a rege aliquid elemosine. **Q**ui mor dapes sibi met appostas deferri pauperibus. sed et discum confringi. atque eiusdem minutatim diuidi precepit. **Q**uo viso pontifex que assidebat delectatus tali facto pietatis apprehendit dexteram eius et ait. **H**unquam hec manus inueterascat. **N**on et ita iuxta votum benedictionis puenit. **N**am cum interfecto illo in pugna manus cum brachio a cetero essent corpe resecte prigit ut actenus in corupte perdirent. **D**enique in urbe regia que a regina quondam vocabatur Sebba cognominabatur loculo incluse argenteo in ecclesia sancti petri seruans ac digno a cunctis honore venerant.

### II

**A**nno incarnationis domini sexcentesimo sexagesimo quarto erat in hybernia insula multi nobilium simul et mediocrium de gente angolorum que tempore finani et colmani episcoporum. relicta insula patria. vel diuine lectionis vel pertinacioris vite gratia illo secesserant. **E**t quidam quidam morse monastice puerfationi fideliter maciparunt alij magis circueundo per cellas magistrorum lectioni opera dare gaudebat. **Q**uos omnes scotti libentissime suscipientes. victum eis quotidianum sine pretio. libros que ad legendum et magisterium gratuitum prebere curabant.